



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Laurentio archidiacono [et] martyre. Cap[itulu]m. xliij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse augusti occurrētibus Fo. clxxvij.

erice veronam reportata sunt: vt supra in eius legenda habetur kalen. augusti. Passi sunt autē sancti martyres. v. idus augusti.

De sancto Laurentio archidiacono et martyre. Cap. xliij.



Laurentius ar

chidiacouus ecclesie romane sub decio cesare et valeriano prefecto romae gloriosum martyriū passus ē. Hic genere hispanus et beati sicuti pape secundi discipulus fuit. A quo leuita romae ordinatus vna secū predicatōni insistebat. Eodem tempore philippus imperator: pater imperatoris et filius eius nomine philippus fide christi perceperunt conuersi a sancto pontio martyre. Qui philippus regnavit anno millesimo ab urbe condita. Tunc ipse imperator philippo decio occiso: vt dicitur infra in eius passione libro. xi. philippus iunior: timens fugā arripuit et thesaurū patris ac suū beato sicuti pape commendauit: vt si ipsum a decio interfici cōtingeret: ipsum thesaurum pauperibus erogaret. Cum autē decius in imperatorem electus esset a militibus: licet nunquam a senatu cōfirmatus: propter quod non imperator: sed cesar dicitur est christianorum persecutionem exercere cepit: et multa milia martyrum per diuersas mundi partes interfecit. Inter quos etiam philippus philippi imperatoris filius martyrio coronatus est. Post hec decius de thesauro philippi inquisitione faciens oblatus est ei beatus sicutus tanquam qui christum coleret: et imperatoris thesauros haberet. Quem decius in carcerem recipi iussit. Cui cum laurentius obuiasset clamare cepit: quo ipse pater sine filio pergeret: et ne se ministrum suū vilo modo desereret. Beatus autē sicutus per spiritum eidem respondit: quod eum non deserebat: sed ad martyriū precedebat: cum ipsi maiora post triduum certamina deberentur: mandans vt thesauros sibi commissos pauperibus dispensaret: prout hec omnia acta sunt supra in passione sicuti. viij. idus augusti. Beatus ergo laurentius christianos die ac nocte diligenter inquisiuit: et vnicuique prout opus fuerat ministravit: veniensque in celis more ad domū cyriace vidue que multos christianos in domo sua abscondos habebat: ipsam viduā imposita ei manu a longo dolore capitis liberauit: et pauperum pedes lauans eisdem elemosynas prulit. Eademque nocte in domū cuiusdam christiani veniens: eecū quēdam nomine crescentiū signo crucis facto illuminauit. Deinde venit ad vicum patricii in crypta nepotiana: vbi inuenit iustinum presbyterum a sicuti papa ordinatum: cum quo videlicet pauperum christianorum ibidem latentium pedes lauit: eisque largitus elemosynas cessit. Post hec autē

cum beatus sicutus ad decollandum duceret: beatus laurentius post eum clamare cepit rogans ne se dereliqueret: eo quod thesauros eius sibi traditos expēdisset. Tunc milites audientes de thesauro laurentium tenuerunt: et parthenio tribuno tradiderunt: deinde sicutum episcopum decollauerunt. Parthenius autē laurentium decio presentauit: qui ipsum vbi essent thesauro ecclesie interrogauit: qui cum verbum ei non responderet: tradidit eum decio valeriano prefecto: vt aut thesauros prodaret et sacrificet dominus: aut diuersis eum faciat interire tormentis. Valerianus autē laurentium hippolyto vicario in custodia tradidit: quem ille cum multis alijs in carcere reclusit. Erat autē ibi quidam gentilis lucillus nomine multo tempore detentus: qui plorando lumen oculorum amiserat. Cui cum laurentius lumen se restaurare promitteret: si in christum crederet: et se baptizari permitteret: ille se baptizari instans postulauit. Accepta ergo aqua ipsum laurentius de fide articulis interrogatum baptizauit: statimque lucillus lumen oculorum accepit. Quapropter multi ceci ad eum veniebant: et ab eo manus eis imposita illuminari rediebant. Cum autem hippolytus laurentium de thesauro interrogaret: ille ei responderet: quod si in christum crederet et thesauros ei ostenderet: et vitam eternam promitteret: conuersus est hippolytus: et cum omni familia promissus sexus numero. xij. sacra baptismata suscepit. Baptizatusque animas innocentium letas gaudere se vidisse prohibuit. Deinde de mandato decii hippolytus valeriano laurentium presentauit: sitque sterum ab illo inquisitio de thesauro. Laurentius autē biduo inducias petiit: quas valerianus eidem sub hippolyti pollicitatione concessit. In hoc ergo biduo laurentius pauperes cecos et claudos ac debiles collegit: eosque in palatio salustiano coram decio et valeriano obrulit: dicens hos fore thesauros eternos qui nunquam minuuntur sed crescunt: quorum manus in celum thesauros ecclesie deponantur. Tuncque decius et valerianus se delusos putarent: et laurentio suaderent: vt artem magicam deponeret: et dominus immolationes defferet: ipseque deos gentium demonia esse vna voce responderet: iussit eum decius spoliatum scorpionibus cedi: deinde omne genus tormentorum in conspectu eius affert. Qui cum tales epulas se semper optasse disceret: fecit eum decius vincitum cathenis in palatium tyberianum adduci: sibique in templo solis tribunal parari: et cum ipsum iterum de thesauro requisisset: ac vt omnes prophanos sibi similes declararet. Respondit laurentius quod vere in eternis thesauro confidebat: nomina autem eorum quos decius interrogauerat in celis scripta fuerant: quorum aspectibus ille indignus erat. Tunc tubere decio nudus fustibus cedit: deinde a terra leuatus: et lamina ardentes ad latera eius apponuntur: Et cum his omnibus martyrum christi gaudes gratias.

Liber

ageret. Deciusq; magicis artibus eius cōstātia ascriberet: iussit eum plumbatis durissime ces- di. Quam autē ad dominū vt acciperet spiritū eius: vocq; ei de celo facta est audientibus cū- ctis: q; adhuc ei multa certamina deberentur. Eum autē cesar astantibus diceret: q; ipm per magias demones confortaret: iussit eum in ca- tasta extrēdi: et iterum scorpionibus verberari. Tūc romanus miles inter ceteros assistēs ibi- dem vidit ante laurentium iuvenem pulcherrī- mum: eius vulnera lintheo extrergerēt. Et cum iussu decij et valeriani de catasta solutus hippo- lito redditus esset custodiendus: affuit romanus ad pedes eius: et viceum aque attulit: seq; ba- ptizari instanter postulavit: quem beatus lau- rentius credentem baptizavit: propter quod a decio detētus et fustibus cesus ac decollatus est: vt dictum est supra in eius passione quinto idus augusti. ¶ Eadem nocte iussit sibi decius cesar cum valeriano prefecto parari tribunal in ther- mis olympiads sibiq; laurentiū p̄sentari. Eū autē hippolitū dixeret: et se christianum clamare veller: dixit ad eū laurentius: vt in interiori ho- mine xpm absconderet: paululūq; sustineret: et dū ipm christus vocaret: ad eū veniret. Omnia ergo tormentoz genera defuerunt. Dixit autem decius laurentio: vt aut sacrificaret: aut ipsam noctem in eū cū supplicis expēderet. Cui lau- rentius respondit: q; nos eius nihil obscurū ha- bebat: sed omnia sibi in lucē clarebāt: tūc iussit vt os eius cū lapidib; ruderetur. Et cū in hoc ruderet: et christo gratias ageret: iussit cesar vt afferret lectus ferreus in quo requisiceret cō- tumax laurentius. Allatus autē est lectus cū co- stis ferreis tribus in modū craticule. Dextris ergo laurentiū extūit: super cratem ferream ex- tendit: et allatas p̄unas subterponit: atq; ips; desuper furcis ferreis compresserūt: et cōtinue carbones magis accensos sub crate ministra- bāt. Eūq; martyr christi ad decij diceret q; car- bones ipsi sibi refrigeriū prestabant: cesari autē eternū supplicij ministrabāt. Valerianus pre- fectus illuz iterū ad deoz sacrificia suadebat. At martyr christi inter incēdia constanter per- severavit: et iam morti p̄tinus ad declum irris- dens dixit: vt q; ipsum vna parte satis assasset: aliam regitans coctam manducaret: et gratias agens deo: quia ianuas celi ingredi meruisset: emisit spiritum. Confusus decius eū valeriano ambulavit in palatium tyberij: relicto corpore super ignē: qd hippolitū summo diluculo ra- puit: et in predio cyriace vidue qd est via tybur- tina occultavit: atq; iustino p̄sbytero nūciavit: qui ambo hora vespertina corpus tulerūt: et ibi iuxta in agro verano in crypta ibi positus sepe- terunt quarto idus augusti. Christiani autem tetunantes triduo sup corpus vigilas celebra- rūt: mugitus dantes et lachrymas effundētes: passus est circa annū dñi. cclx.

Septimus

De sanctis centū et sexagintaq; martyribus. Cap. xliij.



Quintus sexagim

taq; martyres milites rome passi sunt sub aureliano imperatore. Quos oēs christianos repertos idē impator extra ve- bemvta salaria duci precepit: et ibidem oēs simul capite trācari. Quoz ibidem corpa a xpianis recondita sunt. Qui passi sunt iij. idus aug. vt ex martylogio adonis habet.

De translatione sancte corone domini. Cap. xlv.



Translatio scē spi

nee corone domini facta est tem- poze karoli magni imperatoris vt helinādus testat. Eū cū pa- triarcha hierosolymitanus a pa- ganis de sede sua fuisset expul- sus ciuitasq; vastata: veniens ad cōstantinopolim ad imperatorē conquestus est sibi de perse- cutione per gentiles in christianos illata. Quil super hoc missis literis karolum magnum in subsidij requisivit. Ipse hō congregato exerci- tu mare transiit: et ciuitatē sanctaz a paganis redemit: eisq; expugnatis patriarcham in sede sua reposuit. ¶ Eūq; post victorizā constantino- polim rediisset: imperator cōstantinopolitanus obtulit sibi quicqd petisset. Qui reliqas pas- sionis dñice pro premio petiit et accepit. Nam post triduanū ieiunij omni p̄plo indicij: cun- ctis ad ecclesias cōuenientib;: aperta est theca in q; corona xpi spinea seruabatur. Statimq; mi- ra odorib; resperfa fragrantia per totam ciuitatē treccēti egroti a diuersis languorib; sunt sana- ti. Educta autē corona lignū eius renitescere ce- pit et flores pducere. Eūq; daniel eps neapolitanus coronā secaret: vt pars eius karolo cōce- deretur: magis adhuc florescere perseverabat. Et dū karolus de florib; collectis chirothecam vnā ex suis impleret: et eam tenendā hebronis archiepo tribuisset: vt aliam similiter impleret: atq; vterq; ipsoz ex deuotōe nimia lachrymis profusus esset: putauit karolus chirothecā in manu archiepi posuisse: ipseq; putauit eā acce- pisse: sed ex inuidantib; lachrymis acie oculozū obtusa: necq; karolus chirothecā in manu archi- episcopi posuit: nec ipse eā accepit. Sicq; chi- rotheca plena floribus in aere pependit: donec aliam rex floribus impleuit: et cōuersus primū pendere conspexit. Ex quib; postmodus effusi flores predicti in māna conuersi sunt quod vsq; hodie in monasterio sancti Dionysij seruatur. ¶ Quidam hō existēs cecus surdus et mutus: qui ipas infirmitates per annos. xxxij. passus fuerat: in educatione corone visum recepit: in ipius sectione auditum: in florū emissionē lo-